

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LIII. De resurrectione Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

QVAEST. LIII.

II. 1. 12. et
ca. fi.

Et tamen fuit eorum deuotio ad Chirillii mortem seu redemptionem, ut meruerint in hac uita postmodum Christi descendente ad inferos, plena liberatio nisi fructum recipere. Et secundum hoc, rationabiliter dicitur, quod Christus descendens ad inferos, multos in purgatorio existentes, qui non tam ciuius liberari, ex speciali gratia de scensu sui liberari. Conseruante siquidem est, ut multa persona propinquaque temporis mortis Christi ante ipsum mortua, preparata sunt a Deo, cum simili deuotio, ut sicut naicen Simeon & Annam personae inueniuntur, & pectora & magos preparatos, ut digni efficiant consolacionem natiuitatis sua, ita moriens non solum Patres sanctos perfractos, sed etiam in purgatorio speciali deuotione preparatos iuuent, qui digni efficiunt consolacionem descendente ad inferos liberatorio.

ar. 4. 15. 6. & 7.
huius q.

SED CONTRA est, quod Gregorius dicit in 13. Moralium: Dum conditor ac redemptor nostrus claustra inferni penetrans, electorum exinde animas eduxit, nos illorum ire non patitur: unde iam alios descendendo liberavit; patitur autem nos ire ad purgatorium, ergo descendens ad inferos, animas a purgatorio non liberavit.

RESPON. Dicendum, quod (sicut sepe dictum est) descendens Christi ad inferos, liberatorius fuit in virtute passionis ipsius. Pascitur autem eius non habet corporalem uitrum & transitoriam, sed sempiternam, secundum illud Heb. 10. Vna oblatione consumauit in sempiternum sanctificatos. Et sic patet, quod non habuit tunc maiorem efficaciam passio Christi, quam habeat nunc: & ideo illi, qui fuerunt tales, quales nunc sunt, qui in purgatorio detinuntur, non fuerunt a purgatorio liberati per descendens Christi ad inferos. Si qui autem inueniti sunt tales, quales etiam nunc in virtute passionis Christi aperturantur, nihil prohibetur per descendens Christi ad inferos, a purgatorio esse liberatos.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ex illa auctoritate Aug. non potest concludi, quod omnes illi qui in purgatorio erant, fuerint a purgatorio liberati, sed quod aliquibus eorum fuerit hoc beneficium collatum, illis scilicet, qui iam sufficienter purgaverant, vel etiam, qui dum adhuc uiuerent, meruerunt per fidem & deuotionem ad mortem Christi, ut ex descendente liberarentur a temporali purgatori poena.

D. 982.

q. 49. ar. 5. &
alii eiusdem
quest.

AD SECUNDUM dicendum, quod uirtus Christi operatur in sacramentis a per modum sanationis & expiationis cuiusdam, unde sacramentum eucharisticum liberat hominem a purgatorio, in quantum est sacrificium quoddam satisfactorium pro peccato. Descensus autem Christi ad inferos, non fuit satisfactorius, operabatur tamen in virtute passionis, quae fuit satisfactoria, ut supra habuit est. sed erat satisfactoria in generali, cuius uirtutem oportebat applicari, ad unumquemque per aliquid specialiter ad ipsum pertinentem: & ideo non oportet, quod per descendens Christi ad inferos, omnes fuerint a purgatorio liberati.

q. 49. ar. 5.

AD TERTIUM dicendum, quod illi defectus, a quibus Christus in hoc mundo simul homines liberabat, erant personales, proprie ad unumquemque pertinentes: sed exclusio a gloria Dei, erat quidam defectus generalis, pertinentes ad totam humanam naturam: & ideo nihil prohibet eos, qui erant in purgatorio, per Christum esse liberatos ab exclusione a gloria: non autem a reatu penae purgatoriai, qui pertinet ad proprium defectum, sicut econtrario sancti patres ante Christi aduentum liberati sunt a propriis defectibus: non autem a defectu communis, sicut supra dictum est.*

ARTIC. I.

QVAESTIO LIII.

¶ Super quest. quinq.
queglamateriam.

De resurrectione Christi, in quatuor articulos diuisa:



ONSEVENTER considerandum est de his, que pertinent ad exaltationem Christi. Et primò, de eius resurrectione. secundò, de eius ascensione. tertio, de eius sessione ad dexteram Patris. quartò, de iudicia potestate ipsius.

CIRCA primū occurrit duplex consideratio. Quarum prima est de ipsa Christi resurrectione.

Secunda, de qualitate resurgentis.

Tertia, de manifestatione resurrectionis.

Quarta, de eius causalitate.

CIRCA primum queruntur quatuor.

¶ Primò, De necessitate resurrectionis eius.

¶ Secundo, Detempore.

¶ Tertiò, De ordine.

¶ Quartò, De causa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit necessarium Christum resurgere.

¶ 1. diff. 1. q. 2.
ad. & op. 50.
c. 22. prim.
lib. 4. orb.
fid. c. ult. n.
prin.
¶ 2. 9. 1. 2. 4.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit necessarium Christum resurgere. dicit enim Damascenus* in quarto lib. Resurrectio est secunda, eius quod dissolutum est, & cecidit, animalis resurrectio: sed Christus non cecidit, per pecatum, nec corpus eius est dissolutum, vt ex supra dictis patet. ¶ non ergo proprio conuenit sibi resurgere.

I ¶ 2 Præt. Quicumque resurgit, ad aliquid altius promouetur: quia surgere est sursum moueri: sed corpus Christi remansit post mortem diuinitati unitum, & ita non potuit in aliquid altius promoueri. ergo non compatabat sibi resurgere.

¶ 3 Præt. Ea, que circa humanitatem Christi sunt acta, ad nostram salutem ordinantur: sed sufficiunt ad salutem nostram passio Christi, per quam sumus liberati a poena & culpa, vt ex supra dictis patet. * non ergo fuit necessarium, qd Christus a mortuis resurgeret.

SED CONTRA est, qd dicitur Luc. vlt. Oportebat Christum pati, & resurgeret a mortuis.

RESPON. Dicendum, qd necessarium fuit Christum resurgere propter quinque. Primò quidem, ad comminationem diuinæ iustitiae, ad quam pertinet exaltare illos, qui se propter Deum humiliant, secundum illud Luc. 1. Depositum potentis de se, & exaltauit humiles. quia igitur Christus propter charitatem & obedientiam Dei, se humiliauit vsq; ad mortem crucis, oportebat quod exaltaretur a Deo, usque ad gloriosam resurrectionem, vnde ex eius persona dicitur in Psal. 38. Tu cognovisti, i. approbasti, sessionem meam, i. humilitatem & passionem, & resurrectionem meam, id est glorificationem in resurrectione, sicut gl. * exponit. Secundo, ad fidem nostrę in gloriam: quia per eius resurrectionem confirmata est fides nostra circa diuinitatem Christi, quia vt dicitur

¶ Onseventer,
&c. Hic incipit
vltimus tracta
tus de Christo, de
pertinentibus, facili-
cer ad eius exaltatio-
nem.

¶ Super quest. quin-
queglamaterie ar-
ticulum primum.

T Itulus clarus.
¶ In corpore
vna coelitu; :
Necessariū fuit Chri-
stum resurgere. Pro-
batur quinq; ratio-
nibus. Omnia clara
funt in litera.

Ad Corin. ult. Et si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute Dei. & ideo prima ad Cor. 15 dicitur, si Christus non resurrexit, inanis est predicatione nostra, inanis est & fides nostra. Et in Psa. 29 dicitur, Quæ utilitas in sanguine meo, id est in effusione sanguinis mei, dum descendeo, quasi per quosdam gradus malorum, in corruptionem? quasi dicat, nulla. Si enim statim non resurgo, corruptumque fuerit corpus meum, nemini annuntiabo, nullū lucrabot, ut gl. *exponit. Tertio, ad subleuacionem nostra foci, quia dum uidemus Christum resurgere, qui est caput nostrum, speramus & nos resurrectos, unum dicitur primæ ad Corin. 15. Si Christus predicatur, qd resurrexit a mortuis, quomodo quidam dicunt in uobis, quoniam resurreccio mortuorum nō est? Iob 19. dicitur, Scio. s. per certitudinem fidei, quod redemptor meus, i. Christus, uiuit, a mortuis relagens, & ideo in nouissimo die de terra surreatur sum, reposita est hæc spes mea in finu meo. Quarto, ad informationem uitæ fidelium, secundū illud Roman. 6. **Quomodo** Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Et infra, Christus resurgens ex mortuis, iam nō moritur: ita & uos existimate mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo. Quinto, ad complementū nostra salutis: quia sicut per hoc, qd mala iustinuit (humiliatus est) moriendo, ut nos liberaret a malis: ita glorificatus est resurgendo, ut nos promoueret ad bona, secundum illud Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit post resurrectionem nostram.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod licet Christus non occidetur per peccatum, cecidit tamen per mortem: quia sicut peccatum est casus a iustitia, ita tuus est casus a uita. unde ex persona Christi potest intelligi, quod dicitur Mich. 7. Ne lateris inimica mea super me: quia cecidi, confugam. Similiter etiā licet corpus Christi non fuerit dissolutum per incinerationem, ipsa tamen separatio animæ a corpore, dissolutio quædam fuit.

Ad SECUNDVM dicendum, quod diuinitas erat cari Christi post mortem unita uione personali: non autem uione naturæ, sicut anima unitur corpori, ut forma ad constituantem humanam naturam. Et ideo per hoc, quod corpus eius unitum est animæ, promotum est in altiore statum naturæ, non autem in altiorum statuum personæ.

Ad TERTIVM dicendum, quod passio Christi operata est nostram salutem, proprio loquendo, quam ad remotionem malorum; resurreccio autem, quantum ad inchoationem & exemplar bonorum.

*Super quæst. quinque
quæsitiones certæ ar-
suum secundum.*

ARTICVLVS II.

*Vtrum fuerit conueniens Christum ter-
tia die resurgere.*

Tertius clarus. In corpore unica conclusio. Cō
veniens fuit Christus
resurgere tertio die.
Probatur una rōne
literali, & quatuor
& epist. i.e. mysticis. Et ola clare
capit. de opu.
4. c. 20. tr.
ca. l. & p.
15. & leon.
2. c. 2.

Ad SECUNDVM sic procedi-
tur. Videtur, quod non fuerit conueniens, Christum tertia die resurgere. membra. n. debent capiti conformari: sed nos qui sumus membra Christi, non resurgimus a morte tertia die, sed nostra resurreccio differtur usque ad finem mundi. ergo uidetur quod Christus, qui est caput nostrum, non debuerit tertia die resurgere: sed debuerit eius resurreccio differri usque ad finem mundi.

Propterea. Act. 2. dicit Petrus, quod impossibile erat

Christum detineri ab inferno & morte: sed quādū aliquis est mortuus, detinetur a morte. ergo uidetur, quod Christi resurreccio non debuerit differri usque ad tertiam diem, sed statim eadem die resurgere, præcipue cum glos. supra *inducta, dicat, nulla esse utilitatem in effusione sanguinis Christi, si nō statim resurget. *Art. præc. in cor.*

Tertio. Prater. Dies incipere uidetur ab ortu solis, qui sua præsentia diem causat: sed ante ortum solis Christus resurrexit. dicitur enim Io. 20. Quod una sabbathi Maria Magdalene uenit mane, cum adhuc tenebra essent, ad monumentum, & tamen Christus iam resurrexerat; quia sequitur, & uidit lapidē sublatā a monumēto. nō ergo resurrexit Christus tertia die.

B SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 20. Tridentum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

RESPON. Dicendum, quod (sicut dictum est *) resurreccio Christi necessaria fuit ad instructionem fidei nostræ. Est autem fides nostra & de diuinitate & humanitate Christi: non enim sufficit alterum sibi ne altero credere, ut ex predictis patet. * & ideo ad 2. 2. q. 2. 7. & 8.

hoc, quod confirmaretur fides de ueritate diuinitatis ipsius, oportuit quod cito resurget, & eius resurreccio non differret usque ad finem mundi. Ad hoc autem, quod confirmaretur fides de ueritate humanitatis & mortis eius, oportuit moram esse inter mortem & resurrectionem, s. i. statim post mortem resurrexisse, uideri posset, qd eius mors uera non fuerit, & per consequens nec resurreccio uera. Ad ueritatem autem mortis Christi manifestandam, sufficiebat quod usque ad tertiam diem eius resurreccio differret, quia non contingit, quin infra hoc tempus, in homine qui mortuus uidetur cum uiuat, apparent aliqua indicia uitæ. Per hoc etiam, quod tertia die resurrexit, commendatur perfectio ternarii: qui est numerus omnis rei, utpote habens principium, medium & finem, ut dicitur in 1. de Cælo. * Ostenditur etiā secundum mysterium, quod Christus una morte sua, (quæ fuit lux propter iustitiam), scilicet corporali duas nostras mortes destruxit, scilicet corporis & animæ, quæ sunt tembrose propter peccatum: & ideo una die integra & duabus noctibus permanxit in more, ut Aug. * dicit in 4. de Trin. Per hoc etiam significatur, quod p. resurrectionem Christi, tertium tempus incipiebat: nam primus fuit ante legem, secundus sub lege, tertium sub gratia. In capitulo etiam in Christi resurrectione tertius status sanctorum: nam primus fuit sub figuris legis; secundus sub ueritate fidei, tertius erit in æternitate gloriæ, quam Christus inchoauit resurgendo.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod caput & membra conformantur in natura, sed non in uirtute: excellentior est enim uirtus capitis, qd membrorum: & ideo ad demonstrandam excellentiā uirtutis Christi, conueniens fuit, ipsum tertia die resurgere, aliorum resurrectione dilata usque ad finem mundi.

Ad SECUNDVM dicendum, quod detentio coactionem quandam importat: Christus autem nulla necessitate mortis tenebatur astrictus, sed erat inter mortuos liber. & ideo aliquandiu in morte manit, non quasi detentus, sed propria uoluntate, quandiu iudicauit hoc esse necessarium ad instructionem fidei nostræ: dicitur autem statim fieri, quod fit breui interposito tempore.

Ad III. dicendum, qd (sicut supra dictum est *) Christus resurrexit circa diluculum illucescente iā die, ad significandum, quod per suam resurrectionem Tertia S. Thomæ.

Y 4 nem

nem nos ad lucem glorie inducet, sicut mortuus est aduersus aliente iam die, & recedet in tenebras, ad ostendendum, quod per suam mortem destrueret te nebras culpa & pena. Et tamen dicitur tertia die surrexisse, accipiendo diem pro die naturali, qui continet spatium uigintiquatuor horarum. Et sicut dicit Aug.* in 4. de Trin. nox usque ad diluculum, quo dominus resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem: quia Deus, qui dixit, de tenebris lucem clarificere, ut per gratiam noui testamenti, & participacionem resurrectionis Christi, audiremus: Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, infinitas nobis quodammodo, quod a nocte dies sumat initium: sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum a luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem compunguntur. Et ita patet, quod etiam si media nocte surrexit, posset dici eum die tertia surrexisse, intelligendo die naturali. Nunc autem cum diluculo surrexit, potest dici, quod tertia die surrexit, etiam accipiendo diem artificiali, que causatur ex praesentia solis, quia iam sol incipiebat aeren illustrare. Unde & Mar. ult. dicitur, quod mulieres uenerunt ad monumentum orto iam sole, quod non est contrarium ei, quod Ioh. dicit, Cum adhuc tenebrae essent, ut August.* dicit in libro de consensu enagelistarum: quia die surgente, reliqua tenebrarum tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Quod autem dicit Marcus, Orto iam sole, non sic accipendum est, tanquam iam sol ipse uideretur super terram, sed tamquam de proximo adueniente in has partes.

li. 3. c. 4. in-
ter p. &
me. 10. 4.

¶ Super quaest. quin-
quagesima materia ar-
ticulatum territorum.

In titulo ly primo, significat ordinem temporis, ita quod fensus est, Vtrum Christum ante omnes alios resurrexit, ita quod nullus ante eum resurrexit.

¶ In corpore ponitur una distinctio biembris de resurrectione perfecta vel imperfecta: & iuxta singula membra singula conclusiones. Altera est. Multi ante Christum surrexerunt resurrectione imperfecta, ut patet de Iazaro & aliis resuscitatis ante ipsum. Altera est, Christus primo resurrexit resurrectione perfecta; quia primo uenit ad uitam penitus immortalem.

Omnia clara sunt in litera.

In responsione ad secundum circa diuersam opinionem de resurrectione illorum, qui cum Christo surrexerunt, rationabile uidetur quod surrexerint perfecte ad uitam scilicet penitus immortalem,

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus primo resurrexit.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur, quod Christus non primo resurrexit: nam in ueteri testamento per Heliam & Heliudem aliqui resulcitati leguntur, secundum illud Hebr. 11.

Accepertur mulieres de resurrectione mortuorum. Similiter & Christus ante passionem suam tres mortuos suscitauit, non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶ 2 Præterea. Marth. uigesimo-septimo inter alia miracula, que in passione Christi acciderunt, narratur quod monumenta aperiuntur, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶ 3 Præterea. Sicut Christus per suam resurrectionem est causa nostra resurrectionis: ita per suam gratiam est causa nostra gratia, secundum illud Io. 1. de plenitudine eius nos omnes acceperimus: sed alii prius tempore gratia habuerunt quam Christus, sicut omnes patres ueteris testi. ergo etiam aliqui prius ad resurrectionem corporalem peruererunt, quam Christus.

SED CONTRA est, quod dicitur

F primæ ad Corinth. 15. Christus resurrexit a mortuis, primitus dormientium, gloss.* quia prius tempore & dignitate surrexit.

RESPON. Dicendum, quod resurreccio est reparatio a morte in uitam. Dupliciter autem aliquis eripitur a morte. Vno modo, solum a morte in actu, ut scilicet aliquis uiuere incipiat qualitercumque, postquam mortuus fuerat. Alio modo, ut aliquis liberetur non solum a morte, sed etiam a necessitate, & quod plus est, a possibiliitate moriendi. Et haec est uera & perfecta resurreccio; quia quamdiu aliquis uiuit subiectus necessitatibus moriendi, quodammodo mors ei dominatur, secundum illud Rom. octauo. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Illud etiam quod possibilis est esse, secundum quid dicitur esse, id est, potentialiter. Et sic patet, quod illa resurreccio, qua quis eripitur solum ab actu morte, est resurreccio imperfecta. Loquendo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgentium; quia ipse resurgendo, primo peruerit ad uitam penitus immortalem, secundum illud Roma. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: sed resurrectione imperfetta, quidam alii surrexerunt ante Christum, ad premonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius. Et sic patet responsio ad primum: quia & illi qui suscitat in ueteri testamento sunt, & illi qui suscitat sunt a Christo, sic redirent ad vitam, ut iterum moreretur.

IND SECUNDVM dicendum, quod de illis, qui resurrexerunt cum Christo, duplex est opinio: quidam enim asserunt, quod redierunt ad uitam tamquam non iterum morituri: quoniam magis illis esset tormentum si iterum morerentur, quam si non resurgent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hier.* dicit super Matth. quod non ante surrexerunt, quam resurgeret dominus. Unde & Euanglista dicit, quod exuentis de monumentis, post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis: sed Augus.* in epistola ad Euodium hanc opinionem commemorans dicit, Scio quibusdam uideri morte domini Christi iam talem resurrectionem praestitam iustis, qualis nobis in fine promittitur. Qui si non iterum repotitis corporibus dormierunt, uidendum est, quomodo intelligatur Christus primogenitus a mortuis, si cum in illam resurrectionem

ue beatitudis corporis in Christo habet socios: & minus enim corporalium felicitas aliquid habet. Gl. b. neal.

re uidetur, si deficit corporalis societas; et enim homo secundum uitam corpoream animal lociale, non solum propter indigeniam necessiariorum ad uitam (ut in hoc mundo contingit) fed etiam propter naturalem delectationem in ipsa corporali conuerlatione consitentem. Rationes autem in litera ex beato Augus. disputatae ad oppositionem facile solutio nem recipiunt, nam uestibulum Petri Apostoli & a Hiero. contra fertur, quod scilet Petrus dixit. Cuius sepulchrum apud nos est, quia non auctor fuit dicere, cuius corpus a pud nos est. & cito inveniuntur tellimonium Petri: quia ex hoc, quod sepulchrum David tantum tempore apud eos peruerit, ut continens ipsum David (hoc enim significat sepulchrum eius) ita quod nulla fuit umquam in tanto tempore ambiguitas, quod David perueraret in suo sepulchro, secundum eum, quod non de ipso David dictum fuit. Non dabis sanctum tuum uider corruptionem. Consiliter ergo testimoniū Petri hoc, quod sepulchrum David in quantum sepulchrum David, tam tempore apud nos peruerauit, scilicet forte uite Christi resurgentem, corpus eius amplius ibi non esset.

¶ Verbum autem Apostoli Pauli, Vt non fine nobis confunemur, & potest referri ad consummationem beatitudinis substanialis, quia modo confundamus uite eos sancti in patria. Et hoc litterare uidetur sufficere: epist. ad Corin. 15. longe vero ad modum apostoli contra viam peregrinationem, & potest nihilominus dici, quod uestibulum Apostoli est generale.

* In illis Matt. multa corpora uide rursum. epist. ad Corin. 15. longe vero ad modum apostoli contra viam peregrinationem, & potest nihilominus dici, quod uestibulum Apostoli est generale.

ral ad partes ueteris testamenti: ueritatem regulare generalis non aduersatur paucorum exceptio ex speciali gratia. Potest & tertio dici, quod illi qui perfecere surrexerint cum Christo, non sunt sine nobis consumati: quis nostro tempore fuit consumatus tempore reuelatae gratiae, & inchoatae gloriae.

In episcopis
bis in episcopis
92. in episcopis
com. loco
civis
principis
militum

tot precesserunt. Quod si respondetur, hoc esse dictum per anticipationem, ut monumenta illorum terrae motu aperta intelligentur, cum Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorum corpora non tunc, sed cum ille prior resurrexisse: sed adhuc restat quod moueat, quomodo Petrus non de David, sed de Christo assertus suis predicitum, carnem ei non uidisse corruptionem, per hoc quod apud eos erat monumentum David, & sic illos non conuincebat, si corpus David ibi iam non erat; quia eti ante recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius uidisset corruptionem, posset illud monumentum manere: durum autem uidetur, ut David non fuerit in illa resurrectione iustorum, si eis iam aeterna donata est, cuius Christus ex semine commen- davit. Periclitabitur etiam illud quod ad Heb. de iustis antiquis dicitur. Ne sine nobis perficerentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quo nobis perficiendis in fine promittitur. Sic ergo August. * sentire uidetur, quod resurrexerint iustum morituri. Ad quod etiam uidetur pertinere, quod Hieron. † dicit super Matth. Quod sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora sanctorum resurrexerunt, ut Dominum ostenderent resurgentem: quamvis hoc in sermone de assumptione sub dubio relinquit, rationes tamen Aug. multo efficaciter uidentur.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut ea, quae precesserunt Christi adventum, fuerunt preparatoria ad Christum, ita gratia est dispositio ad gloriam: & ideo ea, quae sunt gloriae, sive quantum ad animam sunt perfecta Dei fructu, sive quantum ad corpus, sicut resurrecio gloriofa, prius tempore debuerunt esse in Christo, sicut in auctore glorie: gratiam uero conueniebat prius esse in his, quae ordinabantur ad Christum.

^{¶ Super quest. quinque-}
quagesimateria ar-
suum quartum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus fuerit causa sua resurrectionis.

T Inclus, de causa effectiva querit.

¶ In corpore ponitur una distinctio
bimembribus cum duabus conclusionibus secundum membra. Distinctio est. Tam anima quam caro Christi mortui potest considerari duplicitate, vel ratione naturae, vel ratio ne deitatis coniuncta. Primo conclusio est. Tam anima quam caro Christi ratione deitatis causavit ipsam resurrectionem, & probatur ex autoritate Apostoli. Secunda conclusio est: Nec anima, nec caro Christi poterit sua natura causans resurrectionem, sed sic oportuit. Quattuor resuscita-

ARTIC. IIII.

173

rere mei, & resuscita me: ergo non fuit causa sua resurrectionis.

¶ 3 Præt. Sicut Damasc. * probat in 4. li. resurrectione non est anima, sed corporis, quod per mortem cadit. Corpus autem non potest sibi animam uinire, quae est eo nobilior. ergo id, quod refrinxit in Christo, non potuit esse causa sua resurrectionis.

ri a Deo. Et ideo vtrunque inueniuntur in sacra scriptura, scilicet & quod Christus resurrexit ex virtute, & quod Christus resuscitatus est a Deo, & petit & meruit resurrectionem, &c. Omnia clara sunt in litera.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Ioannis decimo. Nemo tollit animam meam a me, sed ego pono eam, & iterum sum eam: sed nihil est aliud resurgere, quam iterato animam sumere. ergo videtur quod Christus propria virtute resurrexit.

RESPO N. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * per mortem non fuit separata diuinitas, nec ab anima Christi, nec ab eius carne. potest igitur tam anima Christi mortui, quam eius caro considerari duplicitate, vno modo, ratione diuinitatis: alio modo, ratione ipsius naturæ creatæ. Secundum igitur unitatem diuinitatis virutem, & corpus resumpsit, quod dimiserat, & sic Christus propria virtute resurrexit. Et hoc est, quod de Christo dicitur secundæ ad Corint. ultimo, quod & si crucifixus est ex infirmitate nostra, sed viuit ex virtute Dei: si autem considereremus corpus & animam Christi mortui, secundum unitatem nature creatæ, sic non potuerunt sibi uicem reuniri, sed oportuit Christum resuscitati a Deo.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod eadem est diuina virtus & operatio Patris & Filii. Vnde hec duo se sequuntur, quod Christus sit resuscitatus diuina virtute Patris, & suipius.

AD SECUNDVM dicendum, quod Christus orando petijt & meruit suam resurrectionem inquantum homo: non autem inquantum Deus.

AD TERTIVM dicendum, quod corpus secundum naturam creatam non est potentius anima Christi, est tamen ea potentius, secundum unitatem diuinanam: quam etiam rursus secundum diuinitatem unitam est potentior corpore, secundum naturam creatam: & ideo secundum unitatem diuinanam corpus, & anima mutuo se resumperunt: non autem secundum unitatem naturæ creatæ.

QV AESTIO LIII.

De qualitate Christi resurgentis,
in quatuor articulos
diuisa,

^{¶ Super quest. quinque-}
quagesimaharta
Articulum pri-
mum.

I N titulo, verum sumitur, ut distinctio
guitur contra appa-
rens, ita quod appa-
rentia excludit non
solum a corpore, sed
a natura tali, scilicet
humana. Idemque est: querere, an
habuerit verum cor-
pus, & an habuerit
in veritate corp' hu-
manum.

¶ In corpore est vna
conclusio: Corp' Chri-
sti post resurrectione
fuit ueru' corpus
eiusdem naturæ, cuius
fuerat prius. Probat
dupliciter. Primo, il-
lud

E INDE considerandum est, de qualitate Christi resurgentis.

E T CIRCA hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum post resurrectionem Christus habuerit verum corpus.

¶ Secundo, Vtrum resurrexit cum corporis integritate.

¶ Tertio, Vtrum corpus eius fuit gloriis.

¶ Quartò, De cicatricibus in cor-
pori eius apparentibus.